



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 55. Propositiones ex Baji libris excerptæ, atque ab ejus adversariis ad Hispaniæ Regem transmissæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A.C. 1565.

fuaque peccata confitendi necessitatem, & circa Conceptionem Beatissimæ Virginis: nonnulli enim ex ipsis censebant, quod negata ex suo ordine cujusdam, cui sua peccata confiteri possent, Confessarii copia, rem divinam peragere valeant absque prævia confessione, etsi ebrietatis, fornicationis, aut publici etiam criminis rei essent, porro hanc quoque opinionem suam emergente casu in usum deducebant: insuper etiam in pluribus scriptis propugnabant, quod confitendi propositum unacum contritione ad peccatorum suorum remissionem sufficiat, quando a noxarum confessione excusati sunt ex rationabili causa, hanc autem esse putabant difficultatem nanciscendi Confessarium sui Ordinis.

§. LV.

Propositiones ex Baji libris excerptæ, atque ab ejus adversariis ad Hispaniæ Regem transmissæ.

Bajan. p. 195 Hæ opiniones cum in usum deducere-
rentur, indies majorem morum corruptionem inducebant, ac continua Sacramentorum profanatio inde sequebatur: Bajas vero harum opinionum falsitatem, nec non periculosos effectus, qui inde sequerentur, detegebat: interim
iple-

ipsemet acriter impugnabatur circa ^{Sæcul. XVI,}
 suas sententias, quas de Conceptione ^{A.C. 1565.}
 Beatissimæ Virginis divulgabat: hic enim Doctor Mariam sine labe conceptam negabat, eo quod nullum hujus opinionis vestigium, nullumque argumentum in Patrum operibus reperiri diceret: hæc autem temeritas graviter offendebat Baji adversarios, hinc ira commoti illum insectabantur, quamvis eum tam circa hanc opinionem, quam circa reliquas non pauci, imo etiam Franciscanorum nonnulli toto studio defendere niterentur: illi tamen, qui ejus sententias damnari petebant, plures propositiones ex ipsius libris decerpebant, easque ipso incio ad Regem Catholicum transmittabant, supplices, ut illas examini subjici juberet.

§. LVI.

Ravesteinii Epistola ad Villavicientium contra Bajum.

Die vigesima Novembris Anno priori millesimo quingentesimo sexagesimo quarto Josephus Ravesteinius Lovaniensis Doctor ad quemdam Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Religiosum nomine Laurentium Villavicientium, qui tum in Hispania morabatur, epistolam transmittit: porro hic idem Monachus olim Lovanii, cum Or-